K. 96, 30. missarum sollempnia, quotquot in capella quaque die fuerunt[a] celebrata,

Trina dari[b] fecit nummismata denariorum.

Omnibus autem diebus dominicis XII nummos, festis vero apostolicis et in aliis maioribus sollempnitatibus CC offert[c] super pixidem sanctarum reliquiarum argenteos. Quamque[d] fuerit largus, si te delectat, o prudens, scire, lector, 'pelliciam[e] episcopalem numquam integrum per annum portabat, sed unam hiemalem[f] in pascha, alteram estivalem in festo sancti Wencezlai suis capellanis donat; sic et in ceteris donativis largum fuisse scias[d]. [1].

1091. März 4. Post cuius obitum anno dominice incarnationis MXCI, IIII.[g] non. Marcii Cosmas[h] electus est in episcopum tam a rege Wratizlao quam omni clero ac populo Boemorum, tercio Heinrico imperante[i] augusto, sed in Longobardia[k] hisdem temporibus imperialia tractante negocia.

Apr. 17. XLIII. Eodem[a] anno XV.[b] kal. Maii [2], IIII. feria in secunda ebdomada pasche, combustum est monasterium sanctorum martirum Viti, Wencezlai atque Adalberti in urbe Praga[a].* Eodem anno[c] rex Wratizlaus valde iratus est[d] contra fratrem suum Cŭnradum[e], quia his[f] non inmemor mutue dilectionis favebat parti[g] filiorum fratris sui Ottonis, Zuatopluk[h] videlicet[i] et Ottik[k], quibus expulsis de paterna hereditate filio suo Bolezlao[l] rex urbem Olomuc et alias civitates tradiderat, ubi non longo post tempore in predicta urbe inmatura preventus est

*) *A 3 fügt hinzu:* et in hieme neque nix neque pluvia fuit.

a) fuerint *A* 1a. 2a. 3. *B. C* 1. 2*. b) data, *korr.* dari, *A* 2a. c) offet, *korr.* offert, *A* 1. d) quamque — scias *fehlt A* 1a. e) pelliceam *A* 3; pellicinam *A* 1. f) gemalem *A* 1. g) IIII *fehlt A* 3. h) Cozmas *C* 1b. 2a; Comas *A* 3b *auch sonst.* i) imperatore *A* 3. k) Lombardia *C* 1b *öfter.*

II, 43 (*A* 1. 1a. 2a. 2b *bis* hereditatis et *S.* 149, *Z.* 10. 3. *B. C*). — a) eodem — Praga *am unteren Rande nachgetragen A* 2a. b) V *C* 1b. c) XV. kal. maii *wiederholt A* 3. d) *fehlt A* 2a. e) *so A* 1; Cunr- *A* 3a. *C* 2b; Chunr- *A* 3b; Conr- *die übrigen;* Chounr- *. f) *so A* 1. 2a; is *die übrigen.* g) patri *A* 1. h) Zvatoplic *A* 1; Zuatoplic, *korr.* -pluc *, *A* 2a; Zwatopluk *A* 2b; Zu(w)atoplik *sehr oft A* 1a. *C* 1a. 2a. 3. i) *fehlt A* 3. *C* 2. k) Oti(y)k *C* 1b. 2b. 3; Otic *A* 1. l) Bolezlaus *A* 1.

1) *Nach Novotný Č. D. I, 2, 140 ist diese Charakteristik jener Gumpolds vom heil. Wenzel und Cosmas' selbst vom Herzog Spitihnew, ferner teilweise auch dem Regino nachgebildet; außer einem ganz allgemeinen Anklang finde ich keine Berührungspunkte.* 2) *Die Angaben stimmen nicht zusammen; vgl. meine Studien zu Cosmas a. a. O. S. 681, wo ich die Korrektur IX statt XV vorgeschlagen, die Jahreszahl 1091 aber als richtig beibehalten habe; denn auf den 23. April 1091 passen alle Angaben. Vgl. auch Novotný Č. D. I, 2, 295; A. Köster, Die staatlichen Beziehungen S. 209. Wegen der Kapitelscheidung an dieser Stelle vgl. meine Studien S. 681, N. 1 und die Einleitung.*

morte III. id. Augusti [1]. Et quoniam illi[a] tres fratres, scilicet[b] Iaromir, Otto et[c] Cŭnradus, quamdiu[d] fuerunt vitales, ita erant unanimes, ut per nullas posset eos rex divellere[e] artes, et sicut fertur leo [2] pertimuisse tres iuvencos inter se collatis cornibus stantes, ita numquam ausus est rex invadere suos fratres; postquam[f] vero vidit solum Cŭnradum post obitum fratrum ex omni parte fraterno amminiculo privatum, ingressus est cum exercitu Moraviam, ut eum similiter expelleret de provincia, que sibi sorte ac funiculo hereditatis [3] et per concessionem iure acciderat[g] paternam. Ventum erat ad urbem, cui nomen Brinen[h]. [4], ubi rex circumstantibus terre magnatibus[i] disponens obsidionem per girum, dum designat loca, ubi quisque comes tentoria figat[k], Zderad[l] villicus, sicut erat homo versipellis, ex obliquo innuens regi oculis iuvenem[m] Bracizlaum inter satrapas coram patre suo stantem denotat elogio[n] confusionis: 'Quoniam quidem', inquiens, 'tuus, o domine rex, natus libenter estate ludit in flumine et natat, si placet tue maiestati, iuxta fluvium[o] hac ex parte urbis cum suis papiliones ponat'. Hec ideo dixit, quod[p] olim[q] in partibus Saxonie, dum meridie natat predictus iuvenis in flumine, hostes ex adverso[r] irruunt et eos invadunt, ut supra retulimus [5]. Hoc verbum nimis alte in corde iuvenis[s] sedit [6] et non minus doluit, quam si[t] toxicata sagitta cor eius vulnerasset. Tristis abiit in[u] castra et[t] non sumpsit cibum usque noctis[v] ad astra. Nocte autem sub opaca turma suorum advocata pandit cordis sui

K. 97, 2. 1091. Aug. 11.

a) hi (hii) *A* 3. b) *fehlt A* 3. *C* 3. c) *fehlt A* 2. 3. d) quam *A* 1. e) divellire, *korr.* -ere, *A* 1. f) postā *A* 1. g) acceperat(?), *korr.* accid., *A* 2a. h) *so A* 1. *C* 2; Brynen *C* 3 (*am Rande* Bruna); Byrno, *korr.* Brynen, *C* 1b; Birnen *A* 1a; Brnen *A* 2a. 3. *B**; Brnno *C* 1a. i) circ. asstant. t. primatibus *B.* k) figit, *korr.* figat, *A* 1. l) Sderad *A* 2a*. m) iuventem, *korr.* -nem, *A* 1. n) el. v e l c a r b o n e *A* 1; el. carbone *A* 1a. 3; carbone *. o) flumen *A* 3. *C* 1b. p) quia *A* 3. q) oculi, *korr. von 2. Hd.* olim, *A* 1. r) averso, *korr.* adv., *A* 1. s) iuuens *A* 1. t) *fehlt A* 2a. u) ad *A* 3. v) *fehlt A* 3.

1) *Im J.* 1091; *s. meine Studien zu Cosmas II a. a. O. S.* 682. — *Zwei undatierte Beileidsschreiben an H. Wratislaus aus Anlaß dieser Todesfälle haben sich erhalten, s. Cod. dipl. regni Bohemiae I,* 99, 100, *n.* 92, 93, *woselbst sie zum J.* 1090 *gesetzt werden.* 2) *Gessin erinnert an Hist. vitae fortunaeque Aesopi studio Ioachimi Camerarii, Leipzig* 1544, *S.* 177 *ff.*: Boves et leo. 3) *Deut.* 32, 9: funiculus h.; *vgl. auch Esth.* 13, 17: sorti et funiculo tuo. 4) *Vgl. meine Gesch. Brünns I (Brünn* 1911*),* 20. 5) *Vgl. oben S.* 142, *Z.* 14 *ff.* 6) *Sall. Iug.* 11, 7: quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus erat, descendit.

K. 97, 19. 1091. vulnera consulens, qualiter in villico ulcisci possit iniquo[a]. Eadem etiam nocte clam mittit ad patruum suum Cůnradum[b], dedecus sibi et[c] a quo sit illatum exponens, quid opus sit[c] facto, querit ab eo consilium. At ille: 'Si te', inquit, 'quis sis cognoscis, ignem me non minus quam te urentem extinguere noli timere; negligere laudabile non est'. Non enim latuerat Cůnradum, quod rex hec omnia ageret Zderad per consilium. Cumque nuncius dicta patrui Bracizlao retulisset, favent omnes et assenciunt et quasi a Deo[1] sibi datam laudant ducis sententiam, quoniam et ipsi itentidem[d] prius consuluerant. Quid multa? Tota nocte illa agitur, quod mane peragitur.

XLIV. Nam lucescente die Bracizlaus mittit ad predictum villicum demandans ei, ut, ubi sibi[a] placeret, secretum consilii simul ineant. Qui nihil mali suspicans accepto comite Drisimir[b] tantummodo soli[c] duo procedunt. Quos ut vidit a longe iuvenis, tantum a suis[d] prosiliit[e] obviam eis, quantum iactus[f] est lapidis[2]; dederat enim suis militibus[d] signum, ut quando suam cirotecam[g] illius proiceret in sinum, facerent, quod facere spoponderant[d]. Ubi[h] pauca exprobrans illi[i], quibus sepe offenderat eum: 'Quam', inquit, 'pollicitus sum, en abrenuncio tibi fidem meam', et avertens equum proiecit in faciem eius cirotecam[k]. Non[l] aliter quam cum[m] iratus leo erexit[n] iubas[3] et submittens caudam nodo, qui est in extremitate caude, percuciens frontem suam et stimulo, qui est sub cauda sua, pungens posteriora[o] fertur in omne quod obstat, ita prosiliunt ilico ex agmine ardentes et armati iuvenes, Nozizlau[p] et frater eius Drisikray[q], filii Lubomir[r], et tercius Borsa[s], filius Olen, atque[t] frustra fugientem[p] Zderad ternis hastilibus alte in aera sustollunt et ut manipulum in terram deiciunt et calcant equorum pedibus et K. 97, 37. 1091. iterum atque iterum vulnerant et affigunt[a] corpus humi[b] telis. Tali morte sue de

Summitate rote[1] fallax fortuna deiecit

amicum suum Zderad V.[c] id. Iulii. Comes autem Drisimir[d] *Iul. 11.* pallidus advolat in castra et nunciat[e] regi[f], que fuerant[g] facta. Solus rex meret et plorat et[h] omnes iuvenem[i] laudant, quamvis aperte laudare[k] non audeant[l]. Bracizlaus autem non longe ultra unum monticulum separatim sua transfert[m] castra, quem maior pars exercitus et forcior[n] bello est secuta.

XLV. [Interea coniunx Cůnradi[a] nomine[b] Wirpirk[c, 2], una mulierum de numero prudentum, inscio marito suo venit in castra regis.] Que cum nunciata esset regi, convocat[d] rex proceres in cetum, et iussa venire stetit[e] coram rege[d] large perfusa faciem[f] lacrimis[3] et singultibus[g] verba interrumpentibus tandem eluctata in vocem sic est[h] locuta:

'Haud ego iam digna dici tua, rex pie[i], nurus,
Supplex ad genua nunc non temere tua veni'

et cecidit in faciem et adoravit[4] regem. Que iussa surgere stetit et ait: 'Nullam[k], domine mi rex, his in partibus belli invenis materiam, nullam de prelio hinc[l] reportas victoriam, bellum plus quam civile[5] geris. At si nos

a) in aliquo *A* 3. b) Chŏnr- *A* 2a *auch weiter.* c) et — sit *fehlt A* 2a. d) idemtidem (idētidē) *A* 3; identidem *.

II, 44 (*A* 1. 1a. 2a. 3. *B. C*). — a) *fehlt A* 2a; *auf Rasur A* 1. b) Drys- *A* 1; Dirsymir *A* 1a; Disimir *A* 3; Drsimir *B*; Durzimir, *korr.* Drisimir, *C* 1b; Drismir *C* 2b. c) illi *A* 3. d) suis mil. secessit, ut signum possent cognoscere, quod facere se spoponderat. Ubi (*das übrige fehlt*) *A* 3. e) *so A* 1. *C* 1a. 2b; prosilit *die übrigen.* f) ictus *A* 2a. g) *so A* 1. 1a. 2a. *C* 2a; chiroth-, *korr.* cyr., *C* 3; cyrote- *die übrigen.* h) unā, *korr.* un(unde), *A* 2a. i) ei *A* 2a. k) *so A* 1a. 2a. *C* 2a; yroth- *C* 3c; cyrote- *die übrigen.* l) nā *A* 1. m) *fehlt A* 2a. n) erexerit *A* 3. o) pectora *A* 2a; post. sua *A* 3. p) Noz. — fugientem *fehlt A* 1a; Noz(s)iz(s)law *C* 1. 2b *auch sonst.* q) Drsikrai *A* 3; Dy(i)rzkray *C* 1 *auch sonst;* Drysykray (dwsik-) *C* 2; Drysimir *A* 1. r) Lib- *C* 1b. s) Boress *C* 1b. t) at *A* 3.

1) *Liv. I*, 54, 3: Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere. 2) *Luc.* 22, 41: avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis. 3) *Lucan. Phars. I*, 208: mox ubi se saevae stimulavit verbere caudae | erexitque iubam; *Ov. Fast. II*, 209: non aliter quam cum Libyca de gente leones.

a) affligunt *B*. b) *fehlt A* 3. c) v. id. iul. *fehlt A* 1a. d) Dirsimir *A* 1a; Disimir *A* 3a; Drsimir *A* 3b. *B*; Dirzimir *C* 1; Drismir *C* 3. e) nunciant, *korr.* -at, *A* 1. f) *fehlt A* 2a. g) erant *A* 1; fuerunt *C* 1b. h) *so A* 1; *fehlt in den übrigen* *. i) iuv. Bracizlaum laud. et glorificant qu. *A* 3. k) laudant *A* 1. l) audent *A* 2a. m) transferet *A* 1. n) ferocior *C* 3.

II, 45 (*A* 1. 1a. 2a. 3. *B. C*). — a) Chonr- *A* 2a*. b) *fehlt A* 2a. c) Wirb- *B auch sonst;* Wirp-, *korr.* Wirb-, *A* 1. d) conv. — rege *fehlt A* 1. e) iussit eam ven. stetitque *A* 3. f) facie *A* 2a. 3. *C* 1b. g) singultis, *korr.* -tibus, *A* 1. h) loc. est dicens *A* 3. i) *fehlt A* 3. k) nulla rex d. m. his *A* 3. l) hic *A* 1.

1) *Vgl. S.* 97, *N.* 2. 2) *Ihre vermeintliche Zugehörigkeit zum Geschlecht der Grafen von Tengling aus dem Hause der Aribonen wird auch durch die Bemerkungen von H. Witte, Geneal. Untersuchungen zur Reichsgeschichte, in Mitteil. des Instit. f. österreich. Geschichtsforschung, Erg. Bd. V*, 404 *nicht sicherer. Die andere auf die Historia Welforum Weingartensis SS. XXI, S.* 463 *zurückgehende Ansicht, daß Wirpirk identisch sei mit Wilburga, der Tochter des Herzogs Ulrich von Kärnten und der Sofia von Ungarn, erörterte zuletzt A. Dauscher, Über die Familie des Markgrafen Ulrich von Kärnthen und des Herzogs Magnus von Sachsen (Forsch. z. deutschen Gesch. XVI*, 1876, 164 *ff.). Der zweite Name Hilburg (nicht Hildburg) ist nur durch eine zweifelhafte Urkunde überliefert (Cod. dipl. Morav. I, n.* 203). 3) *Verg. Aen. XII*, 64: lacrimis . . . perfusa genas; *vgl. oben S.* 88, *Z.* 25. 4) *Apoc.* 7, 11: angeli . . ceciderunt . . in facies suas et adoraverunt Deum. 5) *Vgl. Lucan. Phars.* 1, 1: bella . . . plus quam civilia.

K. 98, 15. 1091. et[a] nostra bona tuis militibus predam esse decernis, in te tua vertis tela, cum fratrem tuum, cui debeas[b] esse tutela, spolias rapina cruenta. In Deum vadit, qui suos invadit. Nam quecumque hic longe in tuis finibus spolia queris habenda, ostendam tibi potiora in medio tui regni posita. Nusquam enim melius[c] ditaberis[d] nec[e] amplius magnificaberis quam in suburbio Pragensi et vico Wissegradensi[f]. Ibi Iudei auro et argento plenissimi, ibi ex omni gente negociatores ditissimi, ibi monetarii opulentissimi, ibi forum, in quo preda habundans superhabundat tuis militibus. Aut si te delectat, qualiter Troia arserit[1] videre, nusquam magis Vulcanum videbis furentem[2], quam cum[g] utramque urbem predictam videas ardentem. Atqui: "Illa mea sunt", dicas. Ista autem que hostiliter devastas, cuius esse putas? Nonne nos et nostra tua sunt? Sin autem solummodo tua fulmina acuis in iugulum tui fratris, absit, ut alter Cain[h] habearis. Salva tui[i] gratia fratri tuo patet Grecia, patet Dalmacia, ipse mavult peregrinari quam te fratricidio criminari. Quin pocius accipe, que tibi mittit, iam non frater, sed quasi tuus[k] servus.' Et protulit de sinu forcipes[l, 3] et fascem ex virgultis. 'Et si quid'[m], inquit[n], 'frater in fratrem peccavit[4], emenda; terram autem[o], que tua est, cui mavis commenda.' Dixerat et ita cor regis tetigit[p, 5] et movit corda principum[6], ut nullus se continere posset a lacrimis. Quam rex[q] ad latus suum iubet ut sedeat, sed priusquam sederet, 'Quandoquidem', inquit[r], 'inveni gratiam in oculis tuis[7], adhuc unam peticionem posco, ne confundas faciem meam[8] queso. Pro magno peccato filii paululum supplicii satis est patri.' Tunc rex: 'Scio', ait, 'quo pergis. Sed perge potius et adduc ocius fratrem meum et filium[s] ad me in osculo sancto[9] et

a) nos et *fehlt* *A* 1. b) esse deb. *A* 1. c) *fehlt* *A* 1. d) dicab-, *korr.* ditab-, *A* 1. e) nec a. m. *fehlt* *A* 3. f) uisegr- *A* 1; wissogr- *C* 1a. g) *fehlt* *A* 1. B. h) Cayn *C* 1b. 2b; Kain *A* 2a. *C* 1a. 2a*; Kayn *A* 1a. *B.* i) tua *A* 3. k) *fehlt* *A* 3. l) forpices *A* 2a. *C* 2b. m) exiquid, *korr.* ex si quid, *A* 1. n) *fehlt* *A* 3. o) autem tuam *A* 1. p) *so* *A* 1. *C* 1a; tet. reg. *die übrigen.* q) rex Wř *A* 3. r) *fehlt* *A* 3. s) fil. meum *A* 3; ad me *fehlt* *A* 2a.

1) *Verg. Aen. II*, 581: Troia arserit igni. 2) *Verg. Aen. V*, 662: furit immissis Volcanus habenis. 3) *Für Schere und Besen als Symbole des Freiheitsverlustes vgl. J. Grimm, Deutsche Rechtsaltertümer* 4. *Aufl. I (Leipzig* 1899*)*, 236*f., wo diese Stelle nicht angeführt ist.* 4) *Luc.* 17, 3: si peccaverit in te frater tuus, increpa illum. 5) *Jerem.* 4, 18: tetigit cor suum. 6) *Iob* 12, 24: qui immutat cor principum. 7) *Gen.* 18, 3: inveni — tuis. 8) *III. Reg.* 2, 16: ne — meam. 9) *Rom.* 16, 16: in osc. s; *I. Cor.* 16, 20 *und öfter.*

in[a] vinculo pacis'[1], et osculatus est eam. Timuerat enim rex valde, ne frater suus et filius conspirarent contra eum. Qui cum venissent[b] per conductum domne Wirpirk[c] ad regem, dans eis pacis osculum rex ait ad filium suum: 'Fili mi, si bene egisti, nulli melius quam tibi erit; sin[d] autem male, peccatum tuum in foribus aderit[d, 2].' K. 98, 33. 1091.

XLVI. Post hec Bracizlaus intelligens suum patrem non ex corde sed pro necessitate fecisse pacem, cum omnibus, qui suam transierant in aciem, secessit in partes urbis Gradec[a] et ibi morabatur frustra expectans incertam fortune vicissitudinem. Quotquot enim secuti eum fuerant, nullus ausus est[b] proprios revisere[c] lares, quia regem, quem offenderant, valde metuebant, ne captos aut[d] in vincula mitteret aut capitali sentencia dampnaret. Videns autem rex, quod non posset, uti volebat, iram suam ulcisci in filio nec[e] in eius sequacibus, advocat fratrem suum Cůnradum[f] et congregat terre maiores natu atque corroborat omnium sacramento comitum[g], quo[h] post suum obitum[i] frater eius Conradus[k] obtineat solium ac Boemie ducatum. Tunc rex roboratus fratris sui[l] consilio simul et auxilio cepit aperte machinari, qualiter ulciscatur in filio. Nec[m] hoc latuit Bracizlaum filium eius[n], et sine mora congregati sunt ad eum plus quam tria milia fortium virorum et accelerantes metati sunt castra circa Rokitnicam rivulum, in crastinum parati contra regem committere prelium. Premiserat enim ad patrem suum nuncium dicens: 'En ego, en assum, longe quem[o] quesiturus eras[p]; quod facturus es posthac, hodie fac.' Nec pretereundum est sub silentio, quod eiusdem noctis in conticinio[q] divina operari dignata est revelatio. Nam si acta hominum nostre scientie pro modulo pandimus, indignum est, ut ea que ipsi[r] vidimus magnalia[3] Dei taceamus.

a) *fehlt* *A* 3. *B.* b) convenissent (cum *übergeschrieben*) *A* 1; per — Wirp- *fehlt* *A* 2a. c) Wirpyrk *A* 1; Wyrpirk *C* 1b. d) sin — aderit *fehlt* *A* 3.

II, 46 *(A* 1. 1a. 2a. 3. *B. C).* — a) Hradecz *C* 1b *immer.* b) erat *A* 3. c) visitare *A* 2a. d) *fehlt* *B;* atque *C* 1. 2b. e) necnon *A* 3; vel *C* 2b. f) *so* *A* 1. 3a; Chǒnr- *A* 2a (Chounr- *). g) communi *C* 3; comitum fidem *A* 3. h) *so* *A* 1. 1a. 3; quod *die übrigen* *. i) ob. suum *A* 2a. 3. k) *so* *A* 1. 1a. 2a. *B. C;* Chǒnr- *A* 2a; Cunr- *A* 3a; Chunr- *A* 3b; Chounr- *. l) *fehlt* *A* 2a. m) nec non latuit (non *radiert*) *A* 2a. n) regis *A* 3. o) quam *A* 1. p) etas, *korr.* eras, *A* 1; eas *A* 1a. 2a. *C* 2a; eas, *korr.* eras, *C* 1. q) concilio *A* 1. r) ibi *A* 2a.

1) *Eph.* 4, 3: in vinc. p. 2) *Gen.* 4, 7: Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in. f. p. aderit? 3) *Exod.* 14, 13: videte m. Dei quae facturus est hodie *(vgl. oben Z.* 28*); s. auch S.* 66, *N.* 2.

K. 99, 11. 1091.

XLVII. Igitur nocte prefata, dum inter principes ea que prediximus geruntur, nostri patroni, videlicet sanctus Wencezlaus et sanctus Adalbertus, visitant in carcere positos et eos nimia afflictione contritos sua sanctissima dignatione taliter liberant. Postibus inprimis anterioribus simul cum ianua erutis, mox ipsius carceris velut ferream posterulam[a] cum suis vectibus frangunt nec non et cippum, in quo dampnatorum pedes crudeliter constringuntur, fractum forinsecus proiciunt, statimque auribus dampnatorum vox pia insonuit dicens[b]: 'Hactenus vobis et huic patrie nostra suffragia defuere, quia gratia Dei indigni extitistis[c], ex quo bellum hoc plus quam civile[1] inter Boemiam et Moraviam principes isti habuere. Sed quoniam gratia Dei et misericordia et respectus est in sanctos[d] et electos[2] illius nosque eo dirigimur, quo ipsa respexerit, pro certo nusquam nostri presentia suffragando adesse poterit, ubi illa prius miserando non affuerit. Quare iam certi de misericordia Dei exurgite, ad[e] ecclesiam[f] properate nosque nominatim sanctum Wencezlaum et sanctum Adalbertum vos absolvisse et pacem apportasse omnibus nunciate.' Qui mox quasi de gravi somno excitati et iam[g] a[h] vinculis absoluti adhuc custodibus dormientibus[i] liberi exeunt iussaque perficiunt. Hac etiam ipsa die aliud item miraculum enituit, quia, ut supra sanctorum martirum revelatio retulit, Conradus[k] frater regis pacem inter ipsum regem[l] et filium eius composuit. Nam antea in tantum discordabant[m], ut uterque ab utrimque suspecti, iste ne solio privaretur, ille ne a patre caperetur, valde invicem timerent. Sed illum par etas iuvenum et maior pars procerum, manu quidem promptiores et bello forciores, comitabantur[n], istum vero episcopus Cosmas et prepositi ecclesiarum omnesque terre magnates, etate[o] provectiores et consilio utiliores, cum omni militia plebis favebant et nimio affectu venerabantur. Et profecto illa tempestate post conditam urbem Pragam pessimum facinus patratum[3] fuisset, si

II, 47 *(A 1 bis* non affuerit *Z.* 17. 1^{a}. 2^{a}. 3. *B. C).* — a) portulam *A* 2^{a}. b) ł *(?) übergeschrieben A* 1. c) existitis *C* 3. d) sanctos dei *C* 1^{a}*. e) et ad *A* 3. f) eccl. dei *A* 2^{a}*. g) etiam, *korr.* et *, *A* 2^{a}. h) *fehlt B.* i) dormitantibus *A* 2^{a}. *C**. k) *so A* 1^{a}. *B. C*; Chŏnr- *A* 2^{a}; Cunr- *A* 3^{a}; Chunr- *A* 3^{b}; Chounr- *. l) *fehlt A* 3. m) d i s c o r d a b a n t u r *A* 1^{a}; -bantur, *korr.* -bant, 2^{a}; discordiabantur, *korr.* discordabant, *A* 3. n) *fehlt A* 3. o) etateque *B**.

1) *Vgl. oben S.* 151, *N.* 5. 2) *Sap.* 4, 15: quoniam — mis. est in sanctos eius et resp. in el. illius. 3) *Sall. Cat.* 18, 8: eo die post cond. urbem Romam p. f. p. foret.

K. 99, 33. 1091.

non regis[a] ad votum omnem principum et populi motum sancta dignatio beatissimi Wencezlai[b] et magna miseratio omnipotentis Dei composuisset.

XLVIII. Quod videntes, qui in castris remanserant comites, mittunt ad Bracizlaum dicentes: 'Si tu credulus patri tuo pristinam cum eo redis in gratiam, nos nequaquam credimus ei, quia callidam eius sat[a] novimus astuciam. Plus enim eius amicicias timemus quam inimicicias. Nam veluti ursus nec minimum ictum patitur inultum, ita ille numquam cessabit a vindicta, donec omnia, quibus eum offendimus, usque ad unum iota[b] non dimittit inulta. Qua de re[c] aut nos quovis terrarum abire dimittas cum tui gratia aut nobiscum ubicumque terrarum alciora queras palatia. Nulli enim magis[d] quam tibi nostro parati sumus servire domino.' Videns autem Bracizlaus[e], quia sicut miles sine armis suo officio caret, sic dux sine militibus nec nomen ducis habet, maluit[f] cum eis extraneum querere panem, quam solus sine milite cum patre domesticam habere pacem. Nec mora, congregatis omnibus tam peccoribus quam mancipiis plus quam duo milia militum cum Bracizlao duce proficiscuntur ad regem Pannonicum[g]. Quem rex Wladizlaus recognoscens cognatum suum[h, 1] benigne suscepit et concessit militibus eius inhabitare locum qui dicitur Banov[i] iuxta castrum nomine[k] Trencin[l]; locus in mediis silvis atque in[m] montibus est situs[n] et nimium aptus atque opimus[o] venationibus. Victualia autem et cetera nature amminicula per preceptum regis ab adiacentibus subministrabantur[p] eis regionibus, ipsum autem Bracizlaum cum paucis secum rex habuit in deliciis aule regalis.

XLIX. Anno eodem[a] rege Wratizlao disponente Cosmas

a) *fehlt C* 1^{a}* b) Wencezay *A* 2^{a} (Wencezlay *).

II, 48 *(A* 1^{a}. 2^{a}. 3. *B. C).* — a) satis *C.* b) iotha *A* 2^{a}. *C* 1^{b}. 2^{a}*; yot(h)a *A* 3^{b}. *C* 2^{b}. c) qua de re *fehlt A* 2^{a}. d) *fehlt A* 2^{a}. e) Wratiz(s)laus *A* 1^{a}. *C* 2^{b}. f) mavult *A* 2^{a}*. g) Pann. Wladizlaum *A* 3. h) sibi *A* 2^{a}*. i) *so A* 1^{a}. 3^{a}; Banou *A* 3^{b}. *B. C* 3; Banon *C* 2; Ban(i)ow *C* 1; Banoy *A* 2^{a}*. k) *fehlt A* 2^{a}. l) Trenczin *C* 1; Trenem *C* 2; strencin *A* 1^{a}. m) qui locus in insidiis silvarum in *A* 3^{a}; locus insidiis silvas in, *korr.* qui l. in mediis silvarum in, *A* 3^{b}. n) consitus *B.* o) optimus *A* 3. p) ministrabantur (autem — adiac. *fehlt*) *A* 3.

II, 49 *(A* 1^{a}. 2^{a}. 3. *B. C).* — a) eodem anno *A* 3; anno dom. inc. *A* 1^{a}.

1) *Bela I., der Vater des ungarischen Königs Wladislaus und Andreas I., der Großvater des böhmischen Prinzen Bretislaw mütterlicherseits, waren Brüder.*

K. 100, 6. 1091. electus[a] ad Pragensem ecclesiam et Andreas[1] similiter ad Olomucensem sedem[2] per conductum palatini comitis Rapothe[3] veniunt Mantuam[b] et presentantur imperatori 1092. tercio Heinrico augusto inchoante anno dominice incarnationis Jan. 1. MLXXXXII in[c] kal. Ianuarii. Jan. 4. Secunda[d] autem nonas eiusdem mensis mediante predicto comite Rapotha sedens in palatio Mantuano episcoporum atque comitum ordine non modico ex utroque latere collocato[e] et electis iam predictis episcopis positis in medio diu tacita pulcher cesar pulchra aperit labia[f. 4] dicens: 'Hos fratres ad nos misit noster fidelis amicus Wratizlaus rex Boemicus, ut secundum canonicam et apostolicam institucionem nostra auctoritate eorum confirmemus electionem, quam sine vestro consensu nolumus[g] facere diffinicionem.' Tunc presul Monasteriensis[5], qui isdem temporibus venerat de Hierosolimis, surgit et appodians se mense, in qua baculi,[f] anuli[h] episcopales atque reliquie sanctorum erant posite, ait: 'Periculosum est valde a paucis destrui, quod multorum[6] sanctione confirmatum est. Multi enim interfuimus episcopi, multi et principes imperii Romani atque apostolice sedis interfuere legati, quando vestro privilegio confirmastis, ut uterque episcopatus, Pragensis simul et Moraviensis, sicut fuit ab inicio, ita unus et integer permaneat.' Ad hec cesar ait: 'Sine modo, ut, quod me[i] meus amicus rogat[k], faciam; de his autem postea[l] tempore in suo discutiam.' Et statim desponsat eos anulis ad singulas ecclesias dans eis pastorales virgas. His ita peractis iussi sunt ambo episcopi redire Veronam[m] et ibi expectare, donec patratis regalibus negociis palatinus comes Rapotha iterum reduceret eos secum[n] ad patriam.

a) est el. *A* 3. b) Mantouam *B. C*; Mant(h)owam *A* 3. c) III (in?) *B. C* 3*. d) pridie *A* 3a; in crastino autem mediante *(das übrige fehlt)* *A* 1a. e) collecto *A* 2a; collato *A* 3. f) lab. ap. *C* 1a*; aperuit lab. *A* 3. *B. C* 3; ces. talia locutus est verba : hos *A* 1a. g) noluimus *A* 1a. *B. C* 3. h) et anuli A 3. i) *fehlt* *A* 3. k) rogavit am. *A* 2a*; rogat am. *C* 2b. 3. l) *fehlt* *C* 2b; post *A* 2a; suo tempore *C* 1a*; suo temp. (in suo *fehlt*) *A* 2a. m) *so* *A* 3a. *B*; Wer- *die übrigen* *. n) *fehlt* *A* 2a.

1) *Sein Todestag, 22. Mai, ist verzeichnet im Necrol. Bohem. S. 12. Für die Bedeutung von* similiter *vgl. M. Hein, Die Besetzungsform des Bistums Olmütz (Jahresbericht der I. deutschen Staatsrealschule 1911/12), S. 13.* 2) *In Gesch. Mährens 224 sprach ich die seither mehrfach angenommene Vermutung aus, daß der früher (S. 146, N. 2) genannte Wezel mit diesem Andreas identisch sein dürfte.* 3) *Vgl. oben S. 124, N. 1.* 4) *Ps.* 50, 17: domine, labia mea aperies. 5) *Erpo, 1085—1097.* 6) *Sall. Iug.* 8, 2: periculose a paucis emi, quod multorum esset.

K. 100, 25. 1092. **L.** Interea sinister rumor nostras diverberat[1] aures Jan. 14. regem Wratizlaum XVIIII. kal. Februarii[2] migrasse ad Christum et eius fratrem Conradum[a] successisse in principatum. Qui statim cursorem mittit ad imperatorem et promittens ei pecuniam rogat cassari[b] episcoporum electionem, quorum supra[c] fecimus mentionem[3]. Sed cesar magis consulens justicie quam iniquitatis consentiens pecunie: 'Quod feci', inquit, 'feci, nec possum meum mutare factum'. Tristis abiit legatus nomine Wiclin[d], quia non obtinuit, quod peciit ex parte ducis. Episcopi vero secundum iussa cesaris morati sunt Verone[e] usque ad Febr. 7. inicium quadragesime expectantes reditum et conductum predicti comitis Rapothe[f]. Post hec advenientes Pragam in ipsa die palmarum suscepti sunt a clero et März 21. populo honorifice et adeunt ducem Conradum in urbe Bolezlau III. feria eiusdem ebdomade. Quos dux[g] iam mutato animo benigne suscepit et celebravit cum eis pascha März 28. in urbe Wissegrad. Et in ipsa pasche ebdomada circa kal. Apr. 1. Aprilis descendit[4] maxima nix et tantum inhorruit frigus mixtum cum glacie, quantum raro in media contigit[h] hyeme. Gesta autem huius[i] ducis[k] non habemus plurima ad scribendum, quia post VII menses et dies XVII[l] eodem anno quo suscepit ducatum VIII.[m] id. Septembris[5] Sept. 6. cum vita[n] amisit. Cui successit iunior Bracizlaus, quem advenientem in urbem Pragam letis choreis per diversa compita dispositis tam puellarum quam iuvenum modulantium in[o] tibiis et timpanis et per ecclesias pulsantibus campanis plebs letabunda suscepit[p]. Ipse autem Cosmas episcopus[q] cum clero et magnifica processione suscipiens eum in porta civitatis ante templum sancte Marie[6] deducit[r] ad solium, et secundum ritum

II, 50 *(A 1a. 2a. 3. B. C)*. — a) *so* *A* 1a. *B. C*; Chŏnr- *A* 2a; Cunr- *A* 3a; Chunr- *A* 3b; Chounr- *; *am Rand von alter Hand:* de R., de wr̄. rege *A* 3a. b) cessari *A* 1a. *C* 2b; cessari, *korr.* cass-, *A* 2a. c) *fehlt* *A* 3. d) Woclin *A* 2a*; Wiczlin *A* 3. e) Wer- *A* 1a. 3b. *C* 1. 2a. 3. f) *fehlt* *A* 2a. g) dux Cůnradus (Chunr-) *A* 3. h) contingit *C* 2b. 3. i) *fehlt* *A* 2a. k) C(h)unradi *A* 3; Conradi *C* 3. l) XVI *A* 3; et dies XVII *fehlt* *A* 1a. m) VIIII *A* 2a. n) vitā (cum *radiert*) *A* 2a. o) et *(?) radiert* *A* 2a (in *fehlt* *). p) suscipit *C* 1a. 2. q) *fehlt* *C* 3; electus *C* 1a. 2. r) ducit *A* 3a; deduxit *C* 3.

1) *Verg. Aen. V*, 503: d. auras. 2) *Das gleiche Todesdatum nennt auch das Necrol. Bohem. S. 9; vgl. meine Studien zu Cosmas II a. a. O. S. 683.* 3) *Vgl. oben S. 156, Z. 1.* 4) *Vgl. Isai.* 55, 10: descendit imber et nix de caelo. 5) *Necrol. Bohem. S. 14.* 6) *Nach Tomek, Gesch. der Stadt Prag I, 14 eine Kirche auf der Burg; nicht, wie Palacky annahm und Köpke wiederholte, die Teinkirche in der Altstadt.*

K. 101, 2. 1092. huius terre ab universis comitibus et satrapis est in- Sept. 14. tronizatus dux iunior Bracizlaus XVIII. kal. Octobris.

LI. Eodem anno facta est eclipsis solis XII. kal. Octo- Oct. 1. bris, VI. feria post meridiem[1]. Eius[a] in[b] kal. Octobris quidam pseudoepiscopus nomine Rŏtpertus[c] veniens in hanc terram referebat se in Wasconia[d] provincia Kavellonam[e] multis annis rexisse ecclesiam; et quoniam recognovit eum frater noster Ozzel[f], qui et Asinus[2], et eum olim episcopizasse perhibuit, quando de Ungaria secum iter ageret[g] Hierosolimam, dux Bracizlaus et Cosmas electus gratanter[h] eum recipiunt et divinum officium sive cursum[3] episcopaliter agere permittunt. Quid März. multa? Multas ecclesias consecrat, multos mense Marcio clericos ordinat et in cena Domini sacrosanctum crisma Apr. 17. exorcizat[i]. Ad quem quidam in pascha venit clericus, nimirum sui erroris conscius, et nescio quid sibi clam innotuit. Mira res, nec dux nec electus impetrare potuit, ut saltem parvo tempore ibi staret, quin in ipsa ebdomada pasche cum festinatione tenuisset viam versus Saxoniam. Postea vero cum innotuisset, quod pseudoepiscopus fuisset, mittunt[k] unum ex Latinis nomine Constantium[l] in Wasconiam[m], per quem Kavellone[n] ecclesie nomine Desiderius[4] presul demandat litteris, quod illa ecclesia numquam habuisset episcopum nomine Rŏtpertum[o]. [Miserunt etiam[p] ad papam[q] Clementem eius consulentes auctoritatem,

Quid sit opus facto rerum in discrimine[5] tanto?]

II, 51 *(A 1a. 2a. 3. B. C)*. — a) e i u s d e m a n n i *A* 3. b) III. (in?) *B*. c) *so A* 2a (Routp- *); Rutp- *A* 3. *B*; Rupertus *A* 1a. *C* 3; Rđp- *C* 1a; Rotb- *C* 1b; Rotpert- *C* 2; Rodpertus *Ann. Saxo SS. VI*, 728, 3. d) *so A* 3; Wassk- *C* 2b; Vask- *A* 1a. *B*. *C* 1a. 2a. 3; Vasc- *A* 2a. *C* 1b*. e) Kaw- *C* 1b; Kawelon- *C* 2a; Kawellonhem *C* 2b. f) Ozel *A* 2a*; Ossel *C* 1. g) perageret *übergeschrieben C* 3. h) *fehlt A* 3. i) conficit et exorc. *A* 3. k) mittit *A* 3. l) *fehlt C* 2; Constantinum *A* 3. m) *so A* 3. *C* 1b; Wask- *A* 1a. *C* 2. 3; Vasc- *die übrigen* *. n) Kaw(u)allone(ae) *A* 1. *B*. *; Kawalone *A* 2a. *C* 2; Kavall- *C* 1a; Kauell- *A* 3; Kauuell- *C* 1b. o) *so A* 2a (Routp- *); Rutp- *A* 3. *C* 3; Rup- *A* 1a. *B*; Rđp- *C* 1a; Rob- *C* 1b; Rotpert- *C* 2. p) etiam et *A* 3. q) papam nomine (·N·) *A* 2a*.

1) *Die Daten stimmen nicht überein, da im J.* 1092 *der* 20. *September auf einen Montag fiel. Von einer Sonnenfinsternis am Freitag, den* 23. *September* 1093 *spricht das Chronicon Bernoldi (SS. V*, 457*); der Satz dürfte daher nur an falscher Stelle eingerückt sein, vgl. meine Studien zu Cosmas II, a. a. O. S.* 683, *N*. 1. 2) *Das Necrol. Bohem. S.* 11 *verzeichnet zum* 15. *April:* Asinus *(bei Dobner irrtümlich:* Isinus*)* canonicus. 3) *Vgl. über diese Bedeutung von* cursus *Thes. ling. lat. IV*, 1539, *Z.* 41. 4) 1082—1095. 5) *Verg. Aen. I*, 204: post tot discrimina rerum; *IX*, 210: discrimine tali.

Quibus ille remandans iussit ecclesias ex integro reconse- K. 101, 20. crare, baptizatos crismate pseudoepiscopi non rebaptizari[a], sed tantum confirmare, similiter ordinatos non reordinari, sed solummodo inter ordinandos stare ad ordinationem[b] et per solam manus inpositionem[1] recipere benedictionem. [Sicque inflicta ab hoste vulnera matri ecclesie curata sunt antidoto iusticie, statum fidei catholice regente papa tercio Clemente, Iesu Christo domino nostro cum Patre et Spiritu sancto regnante per omnia secula[c] seculorum. Amen.

Siste gradum[2], Musa, chronicis es iam satis usa.
Carmine[d] completo dic, lector amice[e, 3], valeto[d].]

EXPLICIT[f] LIBER SECUNDUS DE CHRONICIS BOEMORUM[f].

INCIPIT[a] APOLOGIA EIUSDEM DECANI SUPRA PRETITULATI IN TERCIUM LIBRUM ITENTIDEM[b] OPERIS[a].

Iam pietate Dei promissa favente peregi[4],
Me quecunque reor fore pollicitum tibi, lector[c].

Iam de retro actis causis[5] sive transcursis[d] temporibus pauca Regino 892. ex multis commemorans hystoriam[e] mee narrationis usque ad tempora[f] ducis Bracizlai iunioris perduxi. Quare autem opere precium duxi iam ab instanti opere cessare, non est ab re. Nam de modernis hominibus sive temporibus utilius est ut omnino taceamus, quam loquendo veritatem, quia veritas semper parit odium[6], alicuius rei incurramus dispendium[g]. Si autem a veritate deviantes aliter quam se res habent[h] scripserimus, cum pene omnibus note sint cause, nihilominus adulationis et mendacii notam inci-

a) rebaptizare *B*. b) ordinem *A* 3. c) regn. in secula *A* 2a. d) carm. — val. *fehlt B*. e) amico *A* 3. f) expl. — Boem. *fehlt A* 1a; expl. secundus liber in cronica Boh. *C* 2.

Apologia (A 1a. 2a. 3. B. C). — a) Inc. — operis *fehlt A* 1a; inc. . . . supra titulati in terc. libr. eiusdem operis *A* 3a; apollogia (inc. *fehlt*) . . . decani in III. libr. chronicorum *A* 3a; inc. apol. *(das übrige fehlt) B*; supra *und* in — operis *fehlt C* 2a; inc. apol. in terc. lib. eiusd. dec. pragensis pretit. *etc. C* 2b. b) *so C* 1a; ittendidem *A* 2a; itend. *C* 1b; (eiusdem *A* 3b); huius *C* 3. c) reor tibi poll. pie (bone *übergeschrieben*) l. *C* 3. d) transactis *A* 3. e) yst- *A* 2a*. f) ipsa, *korr.* tempora, *A* 2a. g) stip., *korr.* disp., *A* 1a. 2a. *C* 1a; stipendium *B*. *C* 1b. 2. 3. h) habeant *A* 2a*.

1) *S. oben S.* 110, *N*. 3. 2) *S. oben S.* 7, *N*. 4. 3) *Ov. Trist. III*, 1, 2: lector a. 4) *Val. Flacc. VII*, 518: nondum cuncta tibi, fateor, promissa peregi. 5) *Trotz der wörtlichen Entlehnung sind Cosmas' Ausführungen sachlich richtig; vgl. meine Gesch. Mährens I*, 228, *Anm*. 1; *Novotný Č. D. I*, 2, 370. 6) *Terent. Andr*. 68 *(Cic. Lael.* 24, 89*)*: veritas od. parit.